filius olim Nobilis Hyeronimi Klopczab cum assistentia et con-
sensu Nobilium Petri et Alexandri Klopczassow fratrum suorum
germanorum per eius ipsum protestatum et ad infrascripta om-
nia libere constituentium a terris districtibus iuribusque suis quibusuis
propriis ac foro competenti recedens iuri officio praesenti Castrensi Pre-
mislien[si] iurisdictioni se cum haeredibus bonisque suis omnibus quo ad acta
effectum praesentis inscriptionis attinet incorporando et subijciendo sanus
mente et corpore existens publice palam ac per expressum recognouit
Quia a Generoso Valentino Orzechowski de Orzechowce Iudice
Terrestri Premisliensi Summam Trecentorum florenorum pecuniae monetae Polonicalis
debiti certi ipsi per eundem actis Terrestribus Premisliensibus inscriptam
totaliter et in effectu recepit ac numerate leuauit Ratione cuius
receptionis et leuationis summae eundem Generosum Valentinum Orze-
chowski Iudicem Terrestrem Premisliensem et eius Successores quietat liberumque
et immunem facit et quietat perpetuis temporibus subscriptio-
nibusque tam originale suae quietatae Summae scilicet Quam
etiam et aliam Inscriptionem Submissoriam qua se idem Valen-
tinus Orzechowski eidem Stanislao actis Terrestribus Premisliensibus statuere
Comparere suam ad consentiendum suae Inscriptioni terrestri Premi-
sliensi per eundem Valentinum Orzechowski tanquam ipsi quando Saluo
tandem fideiussoris suae Summam Trecentorum florenorum praecedente
cognitione obligat inscripserat et submiserat, pro tempore in ipsa
Inscriptione expressis cum omnibus eorundem Conditionibus punctis
clausulis et articulis quantum pro ipsius Interesse pertinet cassat
annihilat mortificat oblitterat perpetue et in eam sibi et
Successoribus suis vanae praemissorum omnium perpetuum imponendo silentium per
Summa praedicta recognitione mediante. Quod manu firmatum est.

Czarneczka quietat Orze-
chowski

Comparens personaliter Coram officio et actis praesentibus Castrensibus Capi-
tanealibus Premisliensibus Nobilis Zophia filia Nobilis olim Natalis
Hyeronimi Klopczab Consors vero Nobilis Stanislai Czarnecki
cum assistentia et consensu eiusdem mariti sui personaliter ipsam
personaliter statuentis et ad infrascripta omnia libere constituentis a Pal-
latinatibus terris districtibus Iuribusque suis quibuslibet propriis ac
foro competenti recedendo Iuri officio praesenti Castrensi Premisliensi Iurisdi-
ctioni se cum Successoribus bonisque suis omnibus quo ad huius Acta attinet
incorporando et subijciendo Sana mente et corpore existens publice
palam ac per expressum recognouit. Quia a Generoso Valenti-
no Orzechowski Iudice Terrestri Premisliensi Summam Triginta Tres
florenos et grossos quindecim pecuniae ipsi per eundem actis Terrestribus
Premisliensibus Inscriptione adscripticia ad Summas priores origi-
nales per Generosam Helizabeth de Moraczko relictam
Consortem olim Generosi Stanislai Fredro de Plesowice Nobili-
bus Zophiae Czarneczka una cum aliis fratribus suis germanis
inscriptas per ipsumque Orzechowski in actum officii Castrensis
Premisliensis leuatam Ratione Subsequentis et interesse a summis
adscriptis ipsamque Zophiae quantum pro sorte et interesse eiusque
expectatione et concernens totaliter et in effectu recepit ac nume-
rate leuauit Ratione cuius receptionis et leuationis Summae
eundem Generosum Valentinum Orzechowski Iudicem Terrestrem Premisliensem
et eius Successores de summa praefatae Ratione Interesse pro anno praeterito
inscripti quantum pro ipsius interesse pertinet quietat liberumque ac
Immunem facit et quietat perpetue et in eam Inscriptionemque
praefatam adscripticiam Cum omnibus eiusdem Conditionibus punctis
clausulis et articulis quo ad ipsius interesse pertinet cassat annihi-
lat mortificat oblitterat perpetuis temporibus sibi et Successoribus
suis perpetuum imponendo praemissorum silentium. Quod manu firmatum est.